

B. M. II, 320.
h. 62, 2b.

(X 18773 26)



I. N. J. 24.

AHASVERI FRITSCHII,
DISSERTATIO
JURIDICO - POLITICA
DE
**JURE
PLANTANDI.**

[*Ad §. Si Titius alienam plantam. 31.
Inst. de rer. divis.*]]

Z E N Ä,
Sumtibus JOH. BIELCKII, Bibliop.
Typis JOHANNIS NISI.
An. MDCLXXXL




3-



АНАСАЕРИ ЕРІТІСХІІ
 ОІРДЯРДЫО
 [УРІДІСО - ПОЛІТІСА]
 DE
ПЛАНИДІ
ЕДІУІ

[Книга о правах и обязанностях граждан. Том I. Книга 2. Указы]
 [Указы о земельных участках]

Статуты о земельных участках
 Титул о земельных участках
 Апрель 1722 года





I D I A T K A P T I O.

Guni daretur hisce die-
bus aliqua vacatio, utilis
mihi videbatur, & ju-
cunda esse brevis tra-
Etatio de Jure Plantandi, eam igi-
tur ad manus sumere, & benivolo
Lectori communicare. Is, ut de
aliis meis Scriptis, ita etiam de hoc
exiguo meleteinate æquè judica-
re velit, rogo. **Dab.** Rudolstadtii
d. 12. Junii. **Anno reparatae Sa-**
lutis 1680.

VI. 2

42

I.N. 3.

I. N. 3.
DISSERTATIO POLITICO-JURIDICA
DE
JURE PLANTANDI.

§. I.

Ptimus ac benignissimus Universi Creator Deus, homini de victu quotidiano sufficientissimè prospicere volens, totam terram ei possidendam dedit, ut, cum sudore tamen vultus sti eam coleret, fructusque ad necessariam sustentationem colligeret. Genes. cap. I. ibi: Subjicite terram vobis. Lutherus in Gloss. margin. h. t. Was ihr bauet und arbeitet auf dem Lande/ das soll euer eigen seyn / und die Erde soll euch hierinnen dienen/ tragen und geben.

§. II.

Hoc jus, ac potestatem colendi vel operandi terram, à Deo acceptam, Primævi homines sedulo exercebant. Primumenitus enim filius Protoplastæ Adami, colebat agrum. Genes. IV. Post diluvium Noachus plantabat vineam. Genes. IX. cuius exemplum posteri Noachi secuti fuere.

§. III.

Fuit autem *jus plantandi*, ac *coleendi terram*, antiquissimis temporibus prorsus liberum, terra namque tam latè patens sufficiebat hominibus, scilicet juxta naturæ necessitatem viventibus, nec opes ac divitias tanto ardore, ut nunc sit, quærentibus.

§. IV.

R.M.A.

s. b.

ullis iuribus cordiis §. IV.

Successu autem temporum auctis hominibus terris-
que divisis, & crescente habendi cupiditate, libertas illa
plantandi naturalis varie per leges, restricta ac moderata
fuit. Sic ipse primus ac summus Legislator in lege Mosai-
ca cavit: *Quando fueritis ingressi terram Canaan, Et plan-
taveritis in eâ ligna pomifera, auferetis preputium eorum;
poma quæ germinant immunda erunt vobis, necedetis ex eis
tribus primis annis.* Lev. XIX. *Sex annis seres agrum tuum,
Et sex annis putabis vineam tuam, colligesq; fructus ejus, se-
ptimo autem anno Sabbathum erit terra: agrum non seres,
Et vineam non putabis.* Lev. XXV. *Agrum tuum non seres
diverso semine.* Lev. XIX.

§. V.

Quamvis autem vulgo dicatur: *Quod quilibet sit re-
rum suarum moderator, atque arbiter.* l. 21. C. mand. illud ta-
men utendi arbitrium ex jure proprietatis fluens, subje-
ctum ac subordinatum est civili imperio, ac ita à singulis
tenendnm, ut subsit ob Rempublicam imperantium regi-
mini. Id jus civitatis, consensus popolorum erexit super
singulorum dominia, ut fas sit imperantibus limitare ea
ex utilitate publicâ. Quoties igitur Reipubl. interest, do-
minos rebus suis certo modo uti, aut non abuti, gentium
jure additur imperio potestas circumscribendi arbitrium,
& eò redigendi, ne civitati fit noxium. Reipubl. enim in-
terest, cives rebus suis non abuti; §. fin. Inst. de his, qui sunt
sui vel alieni jur. Ideoque justum sit, quicquid statuitur
ad arctandum proprietatum usum, ne noceatur, vel ut
prospiciatur communi commoditati. Sic dedit jus Gen-
tium unicuique in rebus suis utendi licentiam non usus
malitiam. l. infundo. 38. de R. VI. Mevius discus. levam. in op.
debit.

debit. cap. 2. n. 32. ubi latè & eleganter hoc dedit & illu-
strem locum ex Senecā l. 7. de benef. c. 4. adducit: *Jure ci-
vili*, inquit, *omnia Regis sunt*, & tamen illa, quorum ad le-
gēm pertinet universa possessio, in singulos dominos descri-
pta sunt, & unaquaque res habet possessorem suum. Ad
Regem enim potestas omnia pertinet, ad singulos pro-
prietas.

§. VI.

Ex hoc iure, quod nonnullis *supereminens* dicitur
Principibus ac Magistratibus, veluti Reip. rectoribus ac
curatoribus, vi Imperii civilis, in rebus ac bonis subdito-
rum competente, prono alveo fluunt variæ ordinationes,
leges, constitutiones, edicta ac mandata, quibus jura ac
dominia subditorum privata, ita moderantur, ac dirigun-
tur, ne usibus publicis obstent, sed eis inserviant, & com-
moda universitatis promoveant.

§. VII.

*In specie, quod plantandi jus attinet, Reipubl. Cura-
tores*, si videatur esse ex usu Reip. plantationes novas vel
jubere, vel penitus prohibere, aut limitare vel denique
formam ac modum plantandi subditis præscribere pos-
sunt, quemadmodum ex variis Regum ac Principum Or-
dinationibus ac statutis videre licet. Princeps, ait Klock.
de æario. lib. 2. c. 1. n. 32. curabit novos agros seu novalia in-
stitui, vepribus excisis, siccatis paludibus, evulsis dumetis
& fruticetis, deductis rivis & incilibus, *arbores plantari*,
neglectos agros coli, parum utiliter cultos aliter coli, vel-
uti, ne illic vineta sint, ubi vinum culturâ indignum pro-
venit, & frumenta gigni possunt. Hoc olim facile erat,
cum spatio terra delectum sui paucis habitatoribus præ-
beret, nunc arduum optimis occupatis in sterili sudare lo-

CO.

5

co. Similiter Principes loca deserta, inculta, & vacantia, nec non montosa & sylvestria industriâ ad culturam redigere studeant; veterum Germanorum exemplo, qui nobis longè aliam Germaniam reliquerunt, quam quæ à Cæsare & Tacito ita describitur, quod olim aſpera cultu, nec urbos, nec panem babuerit, sed pulibus uſa fit. Olim tota ditio Fuldensis saltus erat, jam optimè exculta est; Idem de Comitatu Sarvyeidano dicitur, cuius terra ante paucos annos sylvis & vepribus obsita, nunc assiduo cultu fertilis redditâ est. Sic pars illa terræ Comitatus Schwvarzburgici, quæ Turingiacæ Sylvæ vicinior, olim inculta, sylvisque horrida fuit, temporum iſuccessu, ita exculta ac populosis pagis repleta est, ut inde redditus publici multis aureorum millibus amplificati fuerint. Eo fine in Ordinatione Provin-
ciali Wurtembergicâ prudenter singulare officium der Feldſtückler introductum fuit; quod in eo consistit, ut videant, ne agri, vineæ &c. malè colantur. Verba Ordina-
nationis tit. 47. §. 1. hæc sunt: Befehlen und wollen wir/ daß unsere Amtleute und Gerichte in ieder Stadt und Amts-Fleck-en/dren oder vier Personen/nach Gelegenheit ieder Stadt und Fleckens / so des Acker- und Weingarthaues bericht / die zwen vom Gerichte / die andere vom Rath oder Gemeinde/ zu rechten Feldſtücklern setzen/ und verordnen/ auch mit Pflichten und Enden beladen sollen/ zu allen Orten und Arbeiten des Acker- und Weingarthaues / durch das ganze Bau- feld/ am Acker- und Weingarten zugehen / auf solche Bau- und Landgebige Güter zu sehen/ ob die zu ieder Art recht gebauet / und wo eine Art unterlassen / oder in Bau gebracht denselben beh sonder ausgesetzter Straße zu einen Abtrag des Unbautes und Schadens nach
Appell

nach Gelegenheit und Gestalt der Sachen/ zugeben/ex-
kennen und hierunter niemanden verschonen. Et §. 3.
Und dienweil auch mancher befunden wird / der seines
Faullenzens oder Fahrlässigkeit halber / seine eigene
Güter in Unbau gerathen lässt / welches nicht allein
solchen Leuten / sondern auch dem gemeinen Nutzen
nachtheilig/ so wollen wir / daß auch gleicher Gestalt
mit eines ieden selbstigenen Gütern/ so einer ihm selbst
bauet/ den Unbau nach/ wie oben mit der Straffe er-
fennet / und gehandelt werden solle. Utilissimum hoc
officium derer Feldstücker/in aliis etiam Principatibus ac
Comitatibus introduci deberet ; sed rari sunt hodiè Polit-
tici & Camerales , qui sedulam curam gerunt ; ut subdito-
rum opes ac proventus augeantur ; Exemplo laudabili, ut
in aliis, ita etiam in hac re ad œconomiam pertinente, aliis
præivit, Serenissimus Dux Saxo-Gothanus, Ernestus, in-
clutæ recordationis , uti in libello nostro , des Christlich-
weisen Regenten Spiegels / pluribus adduximus.

§. IIX.

Sic Batavi, Angli, Galli, aliæque Nationes Superio-
rum jussu vel permisso in terris Americæ, seu novi Orbis,
novas plantationes, neue Plantagien/ ut vocant, institue-
re. Et quilibet Princeps ac Magistratus sub poenâ arbitra-
riâ subditis imperare potest, ut v. g. ligna, vites, arbores
pomiferas &c. plantent, & loca inculta , die öden und
wüsten Felder/ ad culturam redigant. Recte enim ob-
servat Obrecht in Secret. Polit.p.144. Daz viel öde un-
erbauete Wälde/ Büsche/ Hecken/ Berge/ Thäler/ und
andere loca inculta vorhanden / die ratione situs & na-
turæ cujusvis loci commodè & utiliter können ausgemu-
stert/ aufgebrochen / zu fruchtbaren Aeckern / Feldern/
Wiejen/

Wiesen / Matten / Gärten / Weinbergen und Fischarten / auch in denselben etwan Flecken / Dörffer / Mayerhöfe / Melckereyen / Schäffereyen auf - und angerichtet werden. Sic Ordinatione Provinciali Saxo-Gothanâ injungitur subditis ut arbores pomiferas plantent. part. 2. Ordin. provinc. cap. 3. tit. 25. Von Baum-pflanzen / ita cavetur : Nachdem manniglichen bekant / wie ein nütze und fürträglich Ding es um die Obstbäume ist / als wollen wir / daß ein ieder Unterthan / in Städten / Flecken und Dörfern / welcher bequemen Raum in seinen Güthern / Feldern / Wiesen und Gärten / an Wegen und Graben oder Aeckern hat / jährlich eine Anzahl Obstbäume / Weiden / Espen und andere Gehölze setzen / darzu auch etwan Safran pflanzen / Hopffen legen / und es in dem allen an seinem Fleisse ihnen selbst zu Gute / nicht manglen lassen sollen. Und auf daß solches unweigerlich gehalten werde ; So sollen / zumal in Dörfern / die Schultheissen / Gerichts-Schöppen / und Heimbürgen hierauf fleißiges acht haben / und darbey seyn / auch bey der Gemeinde anhalten / und sie vermahnen / solchen zu geleben / und den Beamten oder eines ieden Orte Gerichts-Herren jährlich auf einen gewissen Tag verzeichnet zustellen / wenn und wieviel Obstbäume gesetzt und gepflanzt seyn / und da einer oder mehr in demselben Jahr nichts gepflanzt / oder gepfropft hette / da er es doch der Gelegenheit seiner Güter wol zuthun gehabt / derselbige soll ein ieder / so manches Jahr es geschicht / einen Gulden zur Straffe geben. Sanè si ejusmodi saluberrimæ Constitutiones in aliis etiam terris , ut in Comitatu nostro Schwärburgio non ita pridem factum , introdu-

B

ceren-

cerentur; uti, omnino introduci deberent, non videremus
hodiè tot hortos per negligentiam & ignaviam hominum
incultos & emortuis senio arboribus repletos: vulgo dici-
tur: **Gartenwerck** / **Wartenwerck**: **Garten** muß man
warten. Nic. Henel. *de jure dotalit. cap. II. §. 6.* Bonus pater-
familias arboribus vel emortuis, vel dejectis novas arbo-
res substituere debet, *l. 12. pr. de usufr. l. 9. §. 6. l. 18. eod.* Quod
si negligens fuerit, à Magistratu, ob publicam utilitatem,
excitandus est. Laudabilis etiam mos quibusdam in locis
Ducatus Würtenbergici introductus, quod quilibet post
receptionē in subditum, arborem frugiferam in loco quo-
dam communi plantare teneatur, muß auf die Allmend
einen trachtbaren Baum setzen lassen. Speid. *Specul. var.,*
jurid. v. Garten. Multis in locis magna ligni est inopia-
quæ tamen publicè utilem salicum plantationem facile
admitterent, modò sint, qui eam exercere vellent, de alia-
rum tām herbarum, quām arborum plantatione idem di-
cendum. Add. quæ diximus in *dissert. de jure hortorum.*

§. IX.

Quemadmodum autem Princeps vel Magistratus ad
plantationes curam & laborem subditos suos adstringere,
eisve permittere: Sic utilitate publicâ id exigente, plan-
tationem & culturam v. g. vitium eis prohibere potest. v. g.
si subditi ex agris, sationi frumenti destinatis, prolibitu-
vineas facere velint, & hac re frumenta desificant, Princeps
vel Reipubl. moderator plantationem vinearum rectè
prohibet. Ita expressè cautum legitur in Ordinatione
Provinc. Würtenbergicâ, tit. 21. §. 1. ibi: **Wir wollen und**
befehlen/ daß fürohin kein Boden in Unsern Herzog-
thum Würtenberg / der Gut zu Aleckern / Wiesen/
Gärten/oder zu Holzgewächsnüß und Geschlachte/ oder
der

5

der zuvor Acker / Wiesen oder Garten gewest / mehr zu Weingarten um gebrochen / ausgereutet / gepflanzt oder gemacht werden soll. Wo aber Dornbüschel / Hecken / ungeschlacht Wildnisse und dergleichen Plätze vorhanden / die weder zu Wiesen / Acker / noch andern Baugütern zuverwenden / auch keinen Nutzen tragen / darzu zu Wunnen um Weinden nicht nützlich / und iemands begehrten würde / die zu Weingarten zu reu- ten / so soll doch keiner solches für sich selbst zuthun Macht haben / sondern zuvor darum ansuchen / und alsdann solcher Platz / den unsere Amtleute und Forstmeister / auch etliche vom Gerichte / in dero Verwaltung derselbe gelegen / besichtigt / berathschlaget und erwo- gen werden / ob thünlich / daß es zu einen Weingarten gemacht / und sonst nicht füglich verwendet werden möge / und darauf solches an uns gebracht und darit- her unsers Bescheides erwartet werden / alles bei Straffe Zehn Gulden / die ein jeder der solches über- tritt / und einige Plätze unerlaubt / zu Weingärten reu- tet / uns unnachläßlich zu bezahlen / verfallen / auch darzu solch fürgenommen Werk / auf seinen Kosten wieder abzuthun schuldig seyn / und darzu mit Ernst angehalten werden soll. Und ob künftiglich die Wein- gärten / so innerhalb 20. Jahren aus Baufeldern oder Wiesen gemacht worden / die zu Acker und Wiesen Gut / und tauglich wären / abgingen / so soll keiner die mehr zu Weingarten pflanzen / oder bauen / sondern Acker und Wiesen bleiben lassen ; Würde aber einer vermēnen / daß ein solcher abgegangener Weingarte weder zu Acker / Wiesen oder Baugütern gut were / und derohalben den wieder zu einen Weingarten ma- chen /

chen/ so soll er zuvor darum ansuchen / und solchen
Platz besichtigen lassen; Vid. etiam Fürstl. Ausschreib.
ben de anno 1618. §. 3. & 6. Ubi prohibentur subditi, Fel-
der/ Gehölz und Degeten/ wegen innerlichen Ab/
gangs des Ackerbaues/ Wiesen/ Weyden und All-
manden zum Weingarten auszureutzen. Sic in Thu-
ringiâ nostrâ, ruriculæ solent exscindere sylvas, & loca
illa vel sationibus, vel pasculationibus destinare, pflegen
geräumte/ und Rödere (ut vocant) zumachen/ und die
Wälder auszustocken. Cum verò per nimium abu-
sum sylvæ eradicentur, ac venationum commoda minu-
antur, Dominus territorii id minimè patitur. Devasta-
tio enim sylvarum omnino vitanda, de quâ Laterus de
Censu. lib. 3. c. 6. n. 42. Cæpoll. l. 1. de servit. c. 81. E. l. 2.
c. 22. Alioquin metuendum, ut tandem deficiat li-
gnum, quod in viciniâ nuper factum esse, cum gravi da-
mno experti fuimus. In superiori bello Germanico,
quô in Saxoniâ tantum arborum frugiferarum, à mili-
tibus quæstum indè facientibus detruncatum, quan-
tum non in proximo centum annis, id minus observa-
tum fuisse, conqueritur Gryphiander. Oecon. Legal. l. 1.
c. 17. n. 132.

§. X.

Usum plantationis limitat Princeps & Magistratus
ad certas personas, vel ad certas herbas, aut arbores eum
restringens. *Plantare* enim verbum (quod hîc obiter
notamus) tam de herba, quam de arbore dicitur, quia
utraque cum radicibus de uno loco in alium locum trans-
fertur. Conan. lib. 4. comment. 1. num. 9. Sic planta-
nem

5

nem herbæ Nicotianæ seu Tabaci , quæ hodie in Germaniâ nostrâ usitatissima , Princeps in terrâ suâ ex causâ civili , e. g. propter nimium abusum restringere ac subditis injungere potest , ut ejus loco agros suos alius generis seminibus conserant . Sic hoc ipso anno jussu Regis Angliæ , plantatio Tabaci , quæ contra editum Regium , & leges , cum subditorum danno facta erit , severè prohibita , ac plantæ omnes corruptæ ac sublatæ fuere . Sic agri Thuringiaci circa Erfordiam superioribus annis conferebantur mit Weid / hodie mit Gafflor und Anieß . Quæ cultura , si desineret esse publicè utilis , à superiore rectè prohiberetur . Vulgo dicitur : *Non omnis fert omnia tellus.* Id ipsum in transplantatione arborum ac herbarum , experientia comprobat . Illæ enim arbores vel plantæ , quæ calidissimam cœli temperiem desiderant , & quæ sidere , solo , & Spiritu suo genuino gaudent , frustaneus labor erit , uti de critiriis constat in Germania : *Wenn man die Erden und Temperamentum aëris mit tragen könnte / so thåte das Pflanzen nicht übel.* Speidel . in *Speculo v. Garten.* Experimenta tamen præbent exempla , multas plantas in India oriundas , v. g. Tabacum , hodiè etiam in Germaniâ extare . Bornitius *de rer. suffic. tract. i. cap. 15.* Magistratus igitur ejusmodi transplantationes herbarum vel arborum in patrum solum , utiliter subditis injungit .

§. XI.

Cùm etiam ruricolæ non facile plantent arboreos , quibus non ipsi , sed posteri fructus sperare possint , à Magistratu excitandi sunt , ne plantationem istam intermit-

tant. Id præcipue in senibus agricolis commendat Ciceron de Senect. ubi refert versum Statii:

Serunt arbores, qui alteri seculo profint;
& agricola quærenti, cui serat, respondit, Diis immortali bus, qui me non accipere tantummodo hæc à majoribus voluerunt, sed etiam posteris tradere. Idem dicitur rusticus plantans arborem dactylorum Maximiliano II. Imperatori respondisse, nempe *Deo & posteritati se id facere*, ob quod centum aureis donatus est, quia scilicet hujus arboris natura est, quod non nisi post centum annos fructum ferat.

§. XII.

Cæterum in suo quilibet, nisi lex vel statutum prohibeat, libere plantare potest. Cæpoll. lib. 2. de servit. rusticor. c. 18. pr. & num. 1. nisi forte servitus non faciendi alteri sit constituta. l. altius. C. de serv. & aqua. qualis est servitus, ne luminibus, aut prospectui officiatur. l. 3. l. 4. de serv. urban. quippe quæ per plantationem arboris impeditur. l. 12. l. 17. de serv. urban. præd. Cæpol. d. loc. c. 18. num. 12. de arbore, quæ vicino agro umbram facit tollendâ. vid. Dissert. nostr. de jure bortor. §. 34. Quæritur autem an civis ante ædes suas vitæ vel arboreum plantare, eamque sepimento munire possit? Affirm. modò statutum loci ejusmodi plantationes non prohibeat; In amplis enim ac splendidis civitatibus positiones arborum non facile permittuntur, cum vicinis incommodum faciant. Nec licebit civi occupare partem aliquam plateæ publicæ, ad munitionem vel sepimentum arboris, vel viridarii. Quod si quis monitus sepem- tol-

5

tollere nolit , publicâ auctoritate ea destrui , ac arbor evelli potest, ut superioribus annis alicubi factum meminimus.

§. XIII.

Quod si planta vel arbor in alieno solo plantatur, nota est Regula: *Quod cedat solo, velut accessorium Principali ejusque dominum sequatur, si modo radices egerit.* l. 9. pr. de A. R. D. §. 32. Inst. de R. D. l. 11. C. de R. V. l. 5. §. pen. ff. eod. Radicibus enim cum terrâ unitur, & illius veluti pars sit. l. hoc amplius 9. §. 2. de damn. infer. & novo alterius de alimento quasi nova & enata videtur , ait J. C. t. in l. Sed si meis. 26. §. 1. de A. R. D. quâ de causâ nec cruta ad priorem dominum revertitur. d. l. 26. §. 1. & l. 7. §. fin. de A. R. D. Frantz. ad tit. Inst. d. R. D. §. 31. num. 5. ut juxta Gryphiandi sententiam, stolidissimus sit plantator, qui in alieno solo plantet, nisi jus in eo constitutum habeat, quia & semen & operas donasse videtur. Land- Recht. lib. 2. art. 46. Gryphiand. Oecon. legal. lib. 1. c. 17. num. 139. Cæterum quod arbor in alieno agro plantata, novo terræ alimento alia dicatur fieri arbor, & agro cedere, id subtilitatem dicit Jac. Wissenbach. disp. ad π. 18. tb. 4. quam non facile nostri homines admissuri sint: in locatione conductione profecto nullo modo , quoniam fructus in alieno loco nati , ex voluntate Domini ad conductorem pertinent, & idcirco conductor, quas arbores intulit, eas tanquam suas efferre solet, ut maxime alterius agri alimento adoleverint. Hac Wissenb. d. l. quod regulam attinet, plantam cedere soli Domino propter alimentum , id non naturalis, sed juris constituti esse.

esse agnoscit Grotius d. J. B. & Pac. lib. 2. c. 8. §. 22. quia
alimentum rei jam ante existentis partem duntaxat facit,
atque ideo, sicut ex alimento jus quoddam in rem soli
Domino nascitur, ita Domino plantæ vel arboris jus
suum naturaliter certè ob id non perit, quare commu-
nio hîc locum habebit. Rectè Grotium hîc reprehendere,
quæ JCti Romani ex lubricis deciderunt fundamen-
tis, ait Feldenus in not. ad Grot. b. l. cùm natura dictitet,
ut si res mea alterius rei accedat, ut sine damno & peri-
culo interitus nequeat separari, communionem intro-
duci. Quia tamen plerumque præstantius est solum
arbore, arbor verò plantata sine periculo iterum erui vix
possit, satius esse, dominum soli arboris quoque domi-
num constitui æstimatione solutâ. Verum JCtos Ro-
manos contra Grotium defendere nititur Pufendorff.
de jur. Nat. & Gent. lib. 4. c. 7. §. 5. cujus verba adscribere
non mirabimur. Ratio, ait, Legibus Romanis constat,
quia non hoc volunt, ut Dominus plantæ aut arboris, si-
quidem bonâ fide egit, rei suæ jacturam faciat, neque
illud prohibent, quo minus Domini soli & plantæ, si ve-
lint, rem illam deinceps communem habeant, prout
usus soli aut nobilitas plantæ partes utrique ratas assigna-
verit. Sed quia illæ nolunt aliquem adigere ut in com-
munione iñvitus permaneat, & verò istæ iis divisionem
non admittant, igitur queritur, utri æquius sit rem totam
assignari, cum hæc tamen onere, ut alteri æstimatione
ejus, quod ipsius fuit, solvat; Domino soli an seminis?
hîc cum frequentius sit, ut ista solo jam coalita transla-
tionem commodè non admittant, & extra solum servari
omnino nequeant, & verò incongruum videatur, plantæ
alicui temporariæ solum immobile cedere; igitur in-
uni-

universum placuit, insita solo cedere, ut tamen Domus
soli pretium plantæ alteri, ubi bonâ fide egit, per-
solvat. Quod si autem translatione admittant plan-
tæ nobiliores, præsertim, quām est usus soli, sine dubio
æquitas fuerit, ut domino plantæ concedatur eam alio
afferre, soluto quanti fuit usus soli; Quo loco observan-
da Lex Solonis apud Plutarchum. Aliam arborem qui in
agro suo plantaret, eam à vicino absistere pedes quinque
imperavit; Qui sicut aut oleam, novem; quod radices ha-
agunt longius, neque sit omnibus earum innocens vicinia,
sed & alimentum eripiant, & balitum efflent aliquibus in-
festum.

§. XIV.

Sed melius, & solidius Juris Romani auctoritatem
contra Grotium tuetur Joh. Otto Tabor, quondam ami-
cus noster. b. m. Racem. crimin. ad Tit. w. arbor. fuit. c.
Cesar. thes. 26. & seq. Placet eum hīc audire. Licet,
inquit, vulgo dicatur, arborem ejus terræ fieri, à quā
succi habet alimentum l. 26. §. 2. de A. R. D. & l. 9. §. 2. de
damn. inf. id tamen non est absolute & exclusivè acci-
piendum, sed copulativè & conjunctim; vel potius ex hy-
pothesi coalitionis, rad quam imprimis jura hīc respici-
unt; Adeoque grātis insultat Grotius juris Autoribus,
quando illis hanc sententiam simpliciter imputat, quasi
statuant, Plantas solo alimento alii fundo adquiri. Id
enim d. l. 9. §. 2. de damno infect. manifestè refutat. Ni-
mirum, ut naturæ contemplatores docent, radix arboris
habet rationem quandam cordis, oris, & ventriculi. Cor-
dis rationem & proportionem in eo habet, quod pri-

ma nascitur, & postremò interit, quia eibum prima cap-
pit; oris officium facit: quia prima in eâ est concoctio,
ventriculi vices gerit. Scalig. lib. 2. in Theopbr. de caus.
plant. c. 15. Itaque alimentum avidè arbor quærit, eo-
que fine inæqualiter porrigitur, & profunda scrutatur.
Manifestum hoc est, in montanis, ubi inter saxorum
hiatus radices jus suum prosequuntur. Profunda au-
tem & latiora quærit, quia plus alimenti indè consequi-
tur: non enim exfugitur locus ille ab aëre, vel sole;
itaque mirum non est, si quandoque accidat, ut truncus
& radices in tuo quidem fundo consistant, sed quia ille
sit exuictior, porrigant extremas partes suas in vicini fun-
dum, ac indè alantur. Hæc solidissimus JCtus, quem
cum Zieglero, in not. ad Grot. lib. 2. c. 8. §. 22. meritò se-
quimur. Idem Tabor. cit. loc. tb. 28. refutat censorem
Gallicum Bernh. Autumnum, quem sequitur Regner.
in cens. Belgic. ad §. si Titius J. de R. D. qui sententiam
hanc, quod planta, cum radices egerit, cedat alieno solo,
sic impugnat: Iisdem, inquit, modis res desinunt no-
stræ, quibus adquiruntur. l. 35. d. R. I. Atqui sine vo-
luntate Domini non acquiritur res aliqua, velut arbor,
E. nec amittitur. E. arbor seu planta, quæ in alienum
agrum radices egit, solo non cedit, nec in alienum
agrum translata, sine voluntate Domini fit alterius. Sed
resp. Taborius: voluntatem aliam esse expressam, aliam
tacitam & presumptam, quam Lex hîc indicat, vel ex ipsa
æQUITATIS ratione, quod arbor, quæ alienæ terræ coaluit,
succoque ejus alitur, cum onere commodum sentiat:
vel coercendi quadantenus Domini causa, qui solum
suum non ita excolit, ut arbor de suo alatur, neque vi-

cini fundo noceat. Præterea d.l. 35. non exclusive, sed
comparativè esse intelligendam.

§. XV.

Si arbor prope confinium (spatium illud quinque Pedum ex LL. XII. tabul. inter vicinos fundos relinquebatur) posita radices in utrumque fundum extendat, utrius adquiritur & sit communis. §. 31. Inst. de R. V. l. 19. communi dividunt: et si origo radicum ex unius solo sciri possit. l. 6. §. 1. arb. furt. cæs. Cæpoll. de serv. præd. rust. c. 18. num. 12. Gryph. de Insulis. c. 17. num. 28. Ut enim arbor, quæ ex unius agri succo alitur, tota est illius, cuius est ager, ita quæ ex duobus agris alitur, communis est. Hottomann. in d. §. 31. pro regione scil. cujusque prædii. l. 8. de A. R. D. certis partibus, & lineâ diversâ, quasi perpendiculari ex arbore summâ in confinii lineam demissâ. Hottomann. lib. 5. Obs. c. 14. in fin. Franzk. d. l. numer. 13.

§. XVI.

Quaritur autem, an Vasallus in fundo feudali, v. g. ex agro vineam, vel ex vineâ agrum aut hortum facere possit? Aff. Quod enim de domino dicitur, eum rei suæ moderatorem esse, atque arbitrum. l. 21. C. mand. id quoque ad Vasallum, utpote utile dominium habentem debet applicari. arg. 2. F. 8. verb. tanquam dominus. 2. F. 43. verb. quasi propria. moderamen tamen atque arbitrium tractandi rem feudalem Vasallo competens non eō extendi debet, ut is rem deteriorem, sed potius

meliorem facere possit. Si enim Vasallus, ut nonnunquam fieri solet, non tam plantet, quam eradicet, vel feudo penitus privari, vel aliâ poenâ à Domino Feudi plecti potest.

VX. 2

§. XVII.

Quod Emphyteutam attinet, cum is participet de rei proprietate, à quâ facultas de re disponendi dependet, fundum Emphyteuticum pro lubitu tractare, & ad usum proprium adaptare potest, modò eum deteriorem non reddat. arg. l. i. & 2. C. de jur. Emphyt. Struv. ad π. tit. si ager vecigal. tbes. 69. Permissum igitur ipsi est, vineas, sylvas, hortos plantare, ex agris prata, & ex pratis agros facere. Idem jus habet, qui juri perpetuae coloniae rem tenet, & qui prædium censiticum, ein Eibzins. Guth/ possidet.

§. XVIII.

Porrò, de usufructuario quæritur: an is, e. g. Sylvam extirpare, & vineam aut hortum plantare, vel ex vineâ pratum, aut aratorium agrum facere possit? Negant Dd. per l. si cuius rei. l. 13. §. fructuarius. de usufructu, ubi ait Ulpianus. Neque usufructuarius ampliare, vel utile detrabere potest, quamvis melius repositurus sit. Si forte voluptuare fuit prædium, viridaria, vel gestationes, vel deambulationes arboribus in fructuosis opacas atque amoenas habens, non debet dejicere, ut forte hortos olitorios faciat, vel aliud quid, quod ad redditum spectat. In eadem tamen Lege 13. §. unde est quæsum: dicitur: licere fructuario

-10-

5 C

5

ctuario vineas, vel arbusta, vel oliveta dejicere, ut lapi-
dicinas ac metallorum fodinas instituat, si forte in hoc,
quod instituit, plus redditus sit, quam in dejectis, si quidem
ei permittitur meliorare proprietatem. Hos textus
variè conciliant Dd. Zoësius ad π. tit. de usufr. meliorandi
jus concedit usufructuario, si fiat cum *consensu tacito*,
vel expresso Domini proprietatis. per l. 44. ibi: non ta-
men id suo iure facere potest. de usufr. Alii, ut Busius, &
Regnerus, distinguunt *inter cultum rei, & adificationem*,
ædium: alii distinguere malunt *inter mutationem ipsius*
rei, & usus rei. Itsum rei aliquando mutare permitti-
tur fructuario, modò non deterior fiat proprietarii con-
ditio. Struv. ad π. tit. de usufr. thes. 22. in Resol. Object.
Idem est in muliere, quæ dotalitium habet in feudo; ea
enim potest exemplo usufructuarii, meliorare quidem
proprietatem non tamen immutare. Diff. Henel. de
jure dotal. c. 8. §. 12. adducens. Nicol. Everhard. cons. 217. q.
num. 17. statuentem mulierem dotalitianam, posse ex
lacu magno terram arabilem facere, ac redditum suum
augere.

§. XIX.

Denique quæsitum meminimus, an in cœmeteriis
publicis liceat arbores plantare? Id nonnunquam in
pagis à ludi moderatoribus rusticis fieri, ac quædam loca
cœmeterii sationi vel plantationi destinari experientia
docet. Verum id minimè permittendum, cum loca illa
non plantationibus arborum, sed sepulturis hominum
destinata sint: possitque aliud spatium sepeliendis ho-
minibus deficere, si ab arbustis, uti quibusdam in locis

C 3

videre

videre licet, cœmeteria occupentur. Hæc ratione non
ita pridem in Consistorio nostro plantatio in cœmitorio
prohibita fuit. *Vid. observat. nostras juris Eccles.*

§. XX.

Illud etiam monendum, si loca sterilia plantatione
ad culturam redacta fuerint, quod formæ censuali seu
catæstro inferi, ac tributorum oneri subjici debeant, per
l. forma. 4. ff. de censibus. Non tamen iniquum est, in
præmium industriæ, ac laboris adhibiti, ejusmodi præ-
dia, per aliquot annos, à tributorum onere immunia
reddi, ut alii ad similem plantationis industriam immu-
nitate istâ excitentur.

§. XXI.

Quod decimarum jus attinet, sciendum dominum
proprietatis posse quidem alterare per plantationes con-
ditionem terræ, faciendo ex agro vineam, hortum, pra-
tum, & vicissim, sine contradictione illius, cui decima
debetur, dummodo tamen eidem, qui ante mutationem
ex prædio tali decimas percipit, decimæ postea solvan-
tur de ibidem percipiendis. *per c. commissio ubi CC. de de-*
cimis. Hart. 2. Obs. 10. num. 11. tit. 53. Werndle de decimis.
lib. 4. c. 3. Covarruv. pract. qq. c. 37. n. 5. ubi num. 13. dicit,
non referre, quanvis fructus alicujus agri mutatur, cùm
mutatio qualitatis loci non possit alterare obligationem
solutionis decimarum. Illud autem controvertitur, ad
quem pertineant decimæ noyalium, vulgo **die Neu-**
bruch **Zehenden** / oder **Serenth** / ex sylvis, sive locis Syl-
vestribus eradicatis, & in agrum conversis; an Imperii
Statibus, an Episcopo, vel Parochis? Et videtur inspi-
cien-

ciendam esse hâc in re consuetudinem, quæ variat: consuetudo enim in exsolvendis hisce decimis multum operatur. Vid. Christianæ *decis. Belgic. vol. 1. decis. 106.* & *vol. 2. decis. 26.* Werndle *d. Tract. lib. 4. c. 3.*

§. XXII.

Denique *plantatores* pietatis ratione sic exigente, monemus, ut dicti illius Apostoli semper memores sint: *Neque qui plantat, est aliquid, neque qui irrigat, sed qui incrementum dat, Deus. 1. Cor. 3.* ut non industriæ suæ, sed benedictioni divinæ adscribant laborum suorum successus, ac plantationum fructus. In hâc enim re quotidiè homines peccare, multum sibi ipsis, parum.

DEO tribuentes, videmus:

T A N T U M.

SIT GRATIA ET GLORIA
D E O!



AK 774 309

elichematu esse p[ro]p[ter]e in re co[m]muniq[ue]tate, q[uod] e[st] in
litteris. ceterum in e[st] q[uod] u[er]o satis p[ro]p[ter]e decimus u[er]itatem obce-
lastur. Vix Christus quia[rum] regnū p[ro]p[ter]e dicit[ur] cap. 10. v. 3.
p[ro]p[ter]e. W[er]e[re]re a[et]er[na]m. cap. 4. v. 2.

2. XXII.

Dicidit[ur] p[ro]p[ter]e bis[ec]cias latitudine h[ab]e[re] o[ste]riū
monasterii in q[ui]digi illius Abbatij[is] t[er]rabec monasteris fuit:
y[er]as d[omi]ni p[er]petuas, ex aliis, aliis d[omi]ni, q[ui]a d[omi]ni
monasteria ait, D[omi]n[u]s v[er]o cap. 3. in non inveniunt[ur] t[er]ra, t[er]ra
p[er]petuissimis d[omi]nis, q[ui]c[um]que possunt monasteria t[er]racet
q[ui]s[ecundu]m bis[ec]cione t[er]racet. Tu p[ro]p[ter]e ceterum t[er]ra dicit[ur].

De o[ste]riū p[ro]p[ter]e. Alienus

M A Y T

SIT G R A T I A E T G L O R I A

D E O !



107

MC.



